



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

187 Expectantes odiosi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

184
Vnio.

seu electioni seniorum confratrum c. vlt. s. de cōsuetud. tertio fit vt subinde beneficium primò vacaturum sit vniendum vel iam vnitum (in tempus nempe quo primum vacare contigerit) cum dignitate quapiam c. consultatiōibus. de donat. & Clement. si vna. de rer. ecclēf. non alien.

185
Fructus vacaturorum Episcopo.

Quarto, fructus beneficiorum primò vacaturorum interdum conceduntur, ad aliquod saltem tempus, Episcopo propter graua Episcopatus debita, c. si propter tua debita. sup. de rescript.

186
Ad numerum consuetum reddito.

Quinto, fit interdum vt beneficium primò vacaturum prorsus extinguatur seu supprimatur vt numerus in Ecclesia consuetus, & supra quem fortè singularibus de causis ad tempus admissi quidam fuerunt, in posterum præcisè & mordicus obseruetur. Quibus casibus, & similibus, quæritur inquam, an si tale beneficium aliquod veniat in permutationem, permutatio illa exitum habere possit iuxta Constitutionem hanc Bonifacianam, an verò permutantibus omnino frustratis & illusis. i. exclusis, Constitutionibus hisce modò memoratis debeat esse locus.

187
Expectantes odiosi.

Ac quoniam Constitutio hæc Bonifaciana contra solos habet locum Expectantes ambitiosos, quorum causa semper est odiosa, communis est nostrorum traditio, superioribus omnibus in casibus hanc Bonifacianam cessare, perque consequens permutantes hosce sua spe prorsus excidere. Sic Petrus Ancharanus in hunc locum notabili suo quarto. Dominicus Geminianus quæst. penult.

nult. post Ioann. Andr. postque cæteros in hanc ipsam Constitutionem. quam Sententiam quoque tuctur prolixè Senensis in Tractatu suo de permutatione quæst. 1. cum seqq. aliquot. Quæ sententia probari cum primis videtur per d. c. execrabilis. de præbend. in extrauagantibus tum Ioannis 22. tum communibus. §. Quæ omnia. in verb. per viam (al. per medium) permutationis. vbi permutatio beneficiorum reseruatorum planè prohibetur, aded vt absque speciali Sedis Apostolicæ mandato non valeat permutatio, ne quidem si legatus Pontificius interuenerit. At, inquis per gratias expectatiuas beneficia quoque reseruantur summo Pontifici; cur igitur & illæ permutationibus non præiudicant? Ratio diuersitatis est, quòd propter ambitionem petentium & extorquentium gratias istas, odiosa sint ideoque restringenda cuncta gratiarum earundem genera; reseruaciones autem omnes generales, ac etiam speciales illæ quæ proprio sunt Pontificis motu, fauorabiles omnino sint atque largioris interpretationis & quidem plenissimæ. cap. quamuis plenissima. c. si motu proprio. & cap. si pluribus. de præbend. in 6. Clement. si Romanus. de præbend. Quibus locis, vt & aliis plurimis, hæc distinctio clarissimè probatur. Ex his non difficulter de nominatis per Vniuersitates iudicari poterit; an & hi permutantibus præferantur in beneficiis ex causa permutatio-

188
*Reseruaciones
fauorabiles,
ut et proprius
motus.*

189
*Nominatio-
nes Vniuersi-
tatum fauo-
rabiles.*